

Censura ex commissione Regij Senatus Castellæ.

IVSSV Regij Senatus, qua potui dexterritate per le-
gi librum cui titulus est, *Decreta sacrosancti Con-
cilij Tridentini ad iuris communis titulos redacta unacum
concordantijs decisionibus ac declarationibus Illustrissimo
rum Cardinalium sacri Concilij Interpretum*, edictum à do-
ctissimo patre Magistro F. Petro Vincètio de Marzi-
lla, Cæsaraugustano, Ordinis Benedictini, eiusdemque
Magistro Generali, & in Alma Vniuersitate Compo-
stellana sacre Theologiæ Primario Prælectore, ac etiã
Iuris Põtificij Cãdidato. Qui liber nõ modò immunis
est à quavis erroris, seu falsitatis nota, concordique pro-
prijs archetypis à quib⁹ est extractus, verũ etiã eius au-
tor ita prudẽter segerit in omnimoda obseruãtia, & hu-
mili obediẽtia decreti Pij Papæ IIII. prohibẽtis quod-
uis interpretationis genus propria autoritate emit-
tendum super decreta Concilij Tridẽtini, vt neque in
iota vno ipsum in ea re defecisse sentiam. Quo fit, vt
satis tutè, ac summa cum legentium, præsertim Iuri cõ-
muni incumbẽtium utilitate, opus præfatum in publi-
cum prodire, ad idque à Regio Senatu licentiam obti-
nere iure optimo mereatur. In Conuentu nostro Victo-
riano Madriti die nono mēsis Iunij, anno Domini 1609.



F. Franciscus de Tamayo.

DECRETORVM

SACRI CONCILII

TRIDENTINI,

LIBER PRIMVS.

De summa Trinitate, & Fide Catholica.

TITVLVS PRIMVS.

In sessione tertia Concilij Tridentini.

In celebratione Concilij ante omnia præmittenda est cõf-
fessio fidei. Hoc dicit.

CAPVT PRIMVM.



N nomine san-
ctæ & indiui-
duæ Trinitatis,
Patris, & Filij,
& Spiritus san-
cti. Hæc sacro-
sancta œcume-
nica, & generalis Tridentina Sy-
nodus, in Spiritu sancto legitimè
congregata, in ea præsentibus
tribus Apostolicæ Sedis Legatis,
magnitudinem rerum tractanda-
rum considerans, præsertim earũ,
quæ duobus illis capitibus de ex-

tirpandis hæresibus, & moribus
reformandis, continentur, quo-
rum causa præcipuè est congre-
gata: agnoscens autem cum Apo-
stolo: *Non esse sibi coluclationem
aduersus carnem, & sanguinem, sed
aduersus spirituales nequitias in
coelestibus*: cum eodem omnes & sin-
gulos in primis hortatur, vt con-
fortentur in Domino, & in potẽ-
tia virtutis eius in omnibus sumẽ-
tes scutũ fidei, in quo possint om-
nia tela nequissimi ignea extin-
guere, atque galeã spei salutis ac-

Index rerum notabilium:

- & iam factæ examinari præcipiuntur, c. 9. 212.
- V**niones seminario factæ absq; consilio quatuor deputatorū, non valet, parag. vniones, 82.
- V**niones seminario factæ, quæ valent, §. vniones verò. 82.
- V**niuersitas consistit in duabus partibus. §. se se, 82.
- V**niuersitatum, ac studiorum generalium maxima cura habenda est, c. 19. 89.
- V**nus cōparens tantū in concursu idoneus, §. ex hisq; 32.
- V**oce Capituli caret, qui subdiaconus est, c. quicumque, 275.
- V**ota examinatorū palā inter ipsos dicantur, 29. §. quorum.
- V**otū, qui fecit ingrediēdi Religionē si intra annū reuertatur ad seculum, an sit liber ex voto, parag. per annum. 186.
- V**surpātes bona loci pij, & cōsentientes excōmunicantur, cum reservatione ad Papam, cap. vnico, 585.
- V**ulgata editio pro authentica haberi debet, c. eadem, 116.
- V**xoribus aliquando permīssū in Monasterijs Monialiū permanere absentibus viris, para. permīssum. 170.

L A V S D E O.



VALLISOLETI.

Apud Ioannem de Rueda,
Anno M. DC. XVIII.